Montepulciano
1600? Andreas Cini ad Bellarminum : dedicatio libri mscr.

CINI

f. 2 Andreae Cini I.C., Archidiaconi Politiani commentaria in Legem Edita cap. de edendo

ad

Robertum Bellarminum tituli S. Mariae in Via Politianum Cardinalem Illustrissimum.

f. 3. Roberto Bellarmino Politiano Sanctae Mariae in Via Cardinali Ill.mo Andreas Cinus, Archidiaconus Politianus felic.

Cum tenues has lucubrationes meas, quibus dum per ocium licuit L. Edita c. de edend. interpretatus sum, in libellum digesserim, mitto ad te tibi uni potissimum dicatas, cui a me tantum iure deberi intellego, quantum ab eo absum ut persolvere possim, quem semper libentissime laudo: omnino enim mihi multus in ore es, sed utinam verba suppeditarent animo. Quem et tantum admiror sacris litteris et sapientiae assidue insudantem, ut facilius animo cogitare possim quam dicere. Exhibe igitur te illis, uti soles, hilarem et faventem, ac si nihil inveneris nisi tenue, humile, angustum, benigne mecum age, qui quasi tirunculus rebus diu detentus adversis, ex inscitiae tenebris pedem vix movi, promovi fere nihil. Vale Urbis et Orbis

Andreas Cini Bellarmino: dedicatio libri

Decus, praesul amplissime, diuque vivere studeas, non tibi, sed et tibi sane, dum fidei catholicae sanctisque eius dogmatibus, quibus hercule succurrendum est nutantibus, tam diu haereticorum perfidia (f. 3r) afflictis, et plurimis iam in ruinosis locis brevique casuris, nisi prout tu acerrime facis, per solertissimos homines tui similes prospiciatur, Politiani.

Inscr. saeculi XVII.